SAN GEMINI HISTORIC ARCHIVES PROJECT
Realizzato e sponsorizzato dal
San Gemini Preservation Studies
e Associazione Valorizzazione Patrimonio Storico San Gemini Onlus
www.sangeministudies.org

ARCHIVIO STORICO COMUNE DI SAN GEMINI
Progetto di Digitalizzazione
Tutti i documenti originali e copie digitali fanno parte
dell' Archivio Storico Comune di San Gemini

Dicto die et hora.

Preterea in dicto consilio congregato et coadunato ut supra de voluntate dicti domini potestatis dominorum priorum et dicti consilii exerti fuerunt de quodam buxulo existente in quadam cassetta dicti comunis in sacristia numerus dominorum priorum pro duobus mensibus tantum videlicet Januarii et Februarii proxime futuri per gratiolum publicum dicti comunis et per me cancellarium et notarium infrascriptum lectis vulgarizatis et nominatis in priores et pro prioribus dicte terre per dictum tempus.

Exertio dominorum priorum.

Nomina nominatorum dominorum priorum hec sunt videlicet.

Jacobus andree magistri Johannis
Matthiolus Somarutii
Sebastianus magistri Petri
Antonius Tralucentis
Petrus andreutii Cavacoppi
Jacobus petruccioli
Agustinus minelli coci et
Nicolaus petrutii

dominorum priorum dicte terre pro dictis duobus mensibus tantum.

Item exertus fuit ut supra per dictum gratiolum de dicto buxulo et per lectum vulgarizatum et nominatum in camerarium et per camerarium dicti comunis pro dictis duobus mensibus tantum. Providus et discretus vir per me notarium infrascriptum videlicet.

Exertio camerarii.

Antonius minelli cacchii.

In cuius notarii exertus fuit ut supra per dictum eundem gratiolum et per me notarium infrascriptum infrascriptum lectus et nominatus in dicto consilio providus et circumspectus vir

Exertio notarii dicti camerarii.

Sebastianus Matthei Egidiutii.

Dicto die

Post discessionem dicti consilii convenientibus in cancellaria dicte terre Johannes Lipputii, Sebastianus Bartolomeus, Sebastianus Xpofano nocii, Franciscus Petri magistri Johannis, Camagno fustini et Vanne fustini sexdecimo dominorum priorum dicte terre volentibus expedire remissionem eis factam ut supra per consilium generale dicte terre circa impositionem dativae pro ultima tertia salarii Sebastiani ciccarelli potestatis dicte terre et cancellarii et bayli dicti comunis ac etiam pro muro remurando etc. Unanimiter et concorditer posito prius calculo rationis per dictos dominos priores et Sebastianum Matthei Egidiutii ibi supervenientem et habito ad predicta secundum eorum calculum et rationem invenerunt et assertando dictam datam declaraverunt esse imponendam hec modo videlicet pro omnibus predictis salariis videlicet potestatis cancellarii et bayulorum et muro predicto remurando sufficere pro predictis omnibus exsolvendis xxx. s. pro quolibet focularii. Et sic reliquerunt in notarii infrascripti esse bandiendum etc.

Assertus dativae xxx. s. per lar.

Electio ratiocinatorum Francisci petri quincivalli

Deliberatio dominorum priorum [illegible] Bartolomeus [illegible]

Archivio Storico
Comune di San Gemini (TR)
Reg. C. 36, c. 226 v.

© Tutti i diritti d'autore al documento ed alla copia digitale appartengono all'Archivio Storico Comune di San Gemini, TR
© All copyrights to this document and to the digital copy belong to the Archivio Storico Comune di San Gemini, TR